

Sermo

ribus saluatoris sponsi ecclesie Jesu christi domini nostri qui est super omnia deus benedictus in secula Amen.

Sermo. lxxxi.

Desitū est ante

de affinitate anime ad verbū. atque id quidē necessarīe. Duce enim cōtentio tante maiestati et tāte paupertati ut more et amore sponsoꝝ veluti ex eā se complecti referat sublimitas illa et illa humilitas: Nā si vere id dicimus. valde letitia fiducia est. si falso. valde puniēda audacia. Propterea ergo de cōuenientia horum querendū fuit. que quidē iam multa inuenta est sed nō omīs. Quis enī vel nimis hebes nō videat quod se e vicino respiciant imago et quod ad imaginē est. Quorum utiq; vnū vni. et alterū alteri sermo si recolis assignauit besternus. Nec dō imagine tm̄ sed etiā de similitudine demonstrata ibidē ppinquitas est. nisi quod ipsa similitudo in quo vel in quibus potissimū cōstet nec dum a nobis est declaratū. Age iam intendamus declarationi huic. ut quo anima plenius suā agnoscat originē: eo amplius erubescat vitā habere degenerē. Immo vero quod peccato viciatū deprehenderit i natura: studeat reformare industria. ut digne suo genere dei quidē munere sese regens. ad amplexus verbi fidenter accedat. Aduertat igitur ex hac diuine ingenuitate similitudinis inesse sibi illā sue substantie naturalē simplicitatē. qua hoc est illi eē quod viuere. et si nō quod bene quod ve beate viuere. ut sit similitudo non equalitas. Gradus ppinquus. gradus tamen. Neque enim vni excellētie paris ve fastigij sunt hoc habere esse quod viuere. et item habere hoc esse quod beate viuere. Ergo si verbi est illud ppter sublimitatē. hoc anime ppter similitudinē. salua quidē eminētia verbi. palam est affinitas naturarū. palam anime pro gatiua. Et ut quod dicitur planius fiat. soli deo id est esse quod beatus esse atque hoc primū et purissimū simplex. Secundū autē sile est huic. id videlicet habere esse quod viuere. atque hoc anime est. Et si si inferiori gradu ascendi potest nō modo ad bene. sed etiā ad beate viuendū. nō

quia vel tunc sit hoc esse quod beatus esse illi qui eo peruenit. quatinus ita gloriatur p similitudine. ut tamē p disparitate habeat semper vni omnia ossa et dicant. Domine quod similis tui. Bonus in anime gradus. ex quo et solo ad beatā ascendit vitā. Sunt namque viuētia. et horum genera duo. quod sentiunt. et que nō sentiunt. Porro insensibilibus sensibilia sferunt. atque vtriusque vitā qua viuunt et sentitur. Non stabunt pariter in gradu vno vitā et viuens. multo minus vitā et quod sunt sine vitā. Vita anima est viuēs quidem. sed nō aliūde quod seipsa. ac p hoc non ita viuens quod vitā. ut proprie de ea loquamur. Inde est quod infusa corpori viuificat illud ut sit corpus de vite sententia non vita sed viuens. Unde liquet ne vno quidem corpore id viuere esse quod esse. cum esse et minime viuere possit. Nullo minus que vite expertia sunt: ad hunc gradū assurgunt. Sed nec omne quod vitā dicit vel est: continuo valebit pertingere huc. Est peccatorum est et arborum vitā. sensu altera rigēs. altera carens. Et neutri tamen id esse quod viuere est. tamen ut quidē multorum opinio est. ante in elementis quod vel illa in membris: vel ista in ramis extiterint. At secundum hoc cum desinunt viuificare simul viuere cessant. sed non et esse. Soluuntur pariter et dissoluuntur tanquam non alligatē. sed et colligatē. Neque enim vnū simplex est quod harū: sed ex pluribus cōstans. et propterea non redigit in nihil. sed dissilit in partes et ad suū quod recurrit principium. verbi causa: aer ad aerem. ignis ad ignem. et reliqua in hunc modū. Nequaquam igitur tali vite idem esse et viuere est. que est et quando non viuunt. Porro nihil horum quibus non hoc eē quod viuere sit ad bene beateque viuendum quandoque proficiet vel emerget. Quippe quod neque ad hunc inferiorē gradū potuit peruenire. Sola que i ipso stare cognoscatur anima hominis: in eo dignitatis creata est. vitā a vitā. simplex a simplici. immortalis ab immortalis. vno sit onge a summo gradu. vbi scilicet id esse quod beate viuere est. in quo solus stat beatus et solus potens rex regum et dominus dominantium. Accepit itaque in sui condicione anima. et si non esse: posse tamen esse beata. summo perinde gradui quantum licet appropians nō ptingēs tamen